



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

80. Oblatio pauperis viduæ præsertur oblationibus divitum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



III. Et recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus, cui maledixisti, aruit. Et respondens Iesus, ait illis: Habete fidem Dei. *Marc. 11. & 21. & 22.* Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaveritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis: Tolle, & jacta te in mare, fiet: *Matth. 21. & 21.* quia quicumque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare, & non hæsitaverit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quaecumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & evenient vobis. *Marc. 11. & 23. & 24.*

MEDITATIO LXXX.

*Oblatio pauperis viduae praefertur oblationibus divitum.*

I. **S**edens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat, quomodo turba jactaret æs in gazophylacium, & multi divites jactabant multa. *Marc. 12. & 41.* Respiciens autem, vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium, divites. *Luc. 21. & 1.*

II. Cùm venisset autem vidua una pauper, misit duo minuta, quod est quadrans.

D

*Marc.*



*Marc. 12. v. 42.* Vidit autem & viduam pauperulam, mittentem æra minuta duo.  
*Luc. 21. v. 2.*

III. Et convocans discipulos suos, ait illis: Amen (verè, *Luc. 21. v. 3.*) dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium. Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt (in munera Dei: *Luc. 21. v. 4.*) hæc verò de pecunia sua (ex eo, quod deest illi, *Luc. 21. v. 4.*) omnia, quæ habuit, misit, totum victum suum. *Marc. 12. v. 43.*

¶ 44. Omnem victum suum, quem habuit, misit. *Luc. 21.*

*Vers. 4.*

